

§. III.

Objicias: Hæc quidem commodè dicuntur, sed aliud est dicere, aliud verò facere: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Nec imperite dixit Ludovicus Cælius: Simile similitudinibus, Spiritus spiritus; odorum corporis esse nutrimentum negant. Spiritum odoribus nutriti argumento est, odoratum & fragrans vinum, quod vires mirificè refocillat. Aristoteli vitam præstanti odore pomii aliquamdiu prorogata afferunt. Sed hæc rara sunt, hæc paucis obtingit. Ita & gratias agere, cum meror medullas exedit, rarum est, paucorum est.

Non negamus, pauci sunt, qui pro plagis gratias agunt, sed isti Numinis veri amici sunt. Simus, obsecro, & nos inter hos paucos & inter quæcumque turbinum ac procellarum furias, quæcumque ad nos aggerantur mala, Deo agamus gratias bonorum omnium fonti, qui mala hæc omnia permutat bonis maximis. *Ordo oris tui, Domine Iesu, sicut odor malorum*, qui sanitatem & vitam sanissimè instillar.

Jacobus Intercius, ita nominatus, quia membra tum & interese mortuus, quoties ex eius corpore vel articulo digiti, vel pars membrai reseraretur, toties dixit, *Deo gratias*. Non aurea, sed gemineæ voces in tantis doloribus. Rufinus Aquileiensis memorat, Asecram senem virum sanctissimum aegroti fratri fomenta varia solatorum admouisse, illud excimè in documentum dixisse: Summa religio est, inter adversa Deo gratias agere. Dixi ego, & scripsi sæpius vel millicies inculcandum, idque ab ore & calamo religiosissimi scriptoris: Vnum Deo gratias plus valet in adversis, quam sex milia in prosperis.

Tobias fidelissimus Dei famulus à paupertate ac eacitate pessimè habitus, probris, contumeliis tam cognatorum, quam vxoris lacessitus, Deo tamen gratias agit, omnibus diebus vite sue. Nos itidem quomodo quæ res succedant, bene an malè, feliciter an infeliciter, suauiter an insuauiter, hilariter an flebiliter, lente an dolenter, ferenum sit calum an nubilum, amœna sit tempestas an fœda, opulenti an inopes, sani an aegroti, tristes an mœsti simus, & quamuis è voto nihil succedat, est res omnes cadant terrarum, hoc tamen faciamus quod facere nos iubet Paulus: *Gratias agamus Deo semper pro omnibus in omnibus*. Ecclesia diebus singulis sapientissimè hortatur: *Vere dignum & iustum est, aquon & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere*. Gratiarum actio in adversis cumulabitur mille præmiis.

CAPVT VI.

Tobias conuiuator singularissimus.

Paulina præceptio est: *sue manducatis, sue bibitis, sine aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*. Hanc legem Tobias examullum seruans, *cum esset dies festus Domini, & sabbatum esset prædium bonum in dono Tobias, dixit sibi suo*: *Vade & adduc aliquos de tribu nostra, timentes Deum, ut epulentur nobiscum*. Conuiuium apparauit Tobias, idque non vna ex causa, nam festus dies Pentecostes erat, quem Hebræi, sicut & alios dies festos conuiujs agitant. Vultu certè Deus, vt eiusmodi solemniam non sine hilaritate peragerent, vt eò promptius Hierosolyma contenderent. Ad hoc ergo conuiuium Tobias non temerè quosuis, sed tribules, & populares suos vocaret, vt eos exules ac captiuos solaretur atque resiceret. Nec quosuis popularium aut tribalium vocauit, sed pios dumtaxat & timentes Deum, & quibus tenuè domi salinum erat. Neque hæc conuiuiosa Tobias ceremonia tantum aut animi causa instituit, aut vt conuiuialem gratiam remuneraretur, sed vt amorem & amicitiam inter præsentés restitueret, ac conseruaret.

Conuiuia Grecis charissia dicebantur, ad quæ con-

languinei dumtaxat & amici conueniebant: vt si quid fortan offensiuicula, aut dissensionis inter eos fuisset natum, inter amicas epulas sepeletetur. Primaui Christiani tam diuites, quam pauperes sacrosancta mysteria percipitur, agapas & conuiuia premittebant, in monumentu Dominicæ cenæ. Quia verò abusiones & vitiosa consuetudines vna subreperant, mos iste antiquatus est, & sancitum lege, caelestem patrem vt iciumi iument.

Conuiuia diuinis legibus non quidem prohibita, sed mores plerumque infulos ac vitiosos pariunt. De his è dicendum, & explicandum ordine, quanti abusus reprehensione dignissimi conuiuia passim occupent.

§. I.

TRochoico veteri ac vero iactabatur: *Difficile est mediocritati dare operam in conuiujs*--- Parsimonia & sobrietas, circumspèctus & castus sermo rare alites, prodigia magna inter conuiujs. Nemo est, qui hac in re non velit videri lautus, nemo, qui alteri cedere. Hinc suos quisque ordines, statumque affectato luxu transilit. Hinc conuiuiorum abusus maximis, plurimi. In digros mittamus ex his notiores.

Primum conuiuiorum abusus, *Ferculorum multitudo*. Ob vnicum hoc delictum iure meritisimo conuiuia pleraque omnia magnopere damnanda. Ingens, perniciosus, intolerabilis luxus iam mensas passim occupauit. Ad ostentationem & ad pompam, hic pene omnia concurrunt. Ante annos centum velut prodigium ingens è publico suggestu proclamatum est, in principalem mensam subinde nouem fercula inferri. Ioannes Gailer Kaiserspergensis Theologiae Doctor cum anno millesimo quingentesimo quinto Argentorati in aede summa ipsis cinerilibus concionaretur, in mensarum luxum & copiam ferculorum grauitè inuectus, est conceptissimis verbis, quæ videbantur non mutanda: *Es miß da seyn ein Suppen, oder ein Gemüß, bald kommen baring, Rach sißts, und ein grüns Kraut darzu, darauß Joh ein Pfeffer, und dann Geller ey, wozol fünf oder sechs Trachten, und das geschicht auch bey Finsten, da wozol einer erroren neun Trachten hat vber ein Malochi*. Nimirum hoc illud & luxus grande portentum erat, mensæ vulgari sex cibos, principali nouem inferri, quod abhinc ante annos ferè centenos è cathedra videbatur publicè ob iurgandum. Bone Deus, quantum & quam immane multum ab æto illo diuertimus! Si quis Kaiserspergensis Theologo; vt vates dixisset, Domine Doctor vix anni abibunt centum, cum annona ingrauescet, & multò, quam nunc sit, durior erit, nihilominus mensis ditioribus, & dominicis quinquaginta cæntia fercula inferentur, adiectis totidem in mensam secundam belatorum pateris. Quid ad hoc tale vaticinium dixisset Gailer: De re nihil est dubij. Hoc mihi certè ante annos aliquam multos vit genotosi ac illustris sanguinis conquestus: Si quis dominorum, inquit, me inuitet ad conuiuium, quinquaginta calentes à foco epulas apponit, comitantibus eodem numero tragemarum phialis, idque recepto iam ritu. Si hunc iterum inuitem, nec enim hoc officij genus defugere liceat, idem mihi facendum, vix aliter honestè possum. Ita alter alterum luxum mensarum perdimus; vt pompam vestium racemus Prò Superi, quæ hæc tempora, qui mores istos quam illud præclarum & magni exempli, quod aliquando in Præsulum & Antistitem mensis videre fuit. Cum ad esuriam refectiuiculam, collationem vocant, conuenitur vesperi, esuritores illos octo aut nouem fercula, sed frigida expectant; lactuca triplex, pisces assi, sed quod maxima religionis est, frigidè, præter dominicum panem & bellaria copiosa, triplex aut quadruplex generosioris vini genus. Reuerè commodum est esurire ad præcepta tam plena. Et nunquid hoc, o viri, icenare est; tor bellaria, tor lactucas, tantum piscinum, panem niueum, opimianum vinum propitianda fami ponere

Summa est religio inter aduersa gratias agere.

Tobias tam in prosperis quam aduersis Deo gratias agere.

Tobias tam in prosperis quam aduersis Deo gratias agere.

Causa eui Tobias apparuit conuiuium.

1. Cor. 10. 31
Tob. 2. 1. 2.

7. Conuiuio- rum abusus, t. Abusus, Ferculorum multitudo.

Gailer Bore der Sünden des Münds mibi. p. 1. Principio, inquit, esse aliquid pulmont- riy, sequun- tur halores, scilicet, hoc co- mitatur horrensè or- tus.

Acced- it aram aut flum- que quinque- aut sex fercula. Ac quo hoc erant in mensis prin- cipium sit, ubi nomen quam non- fercula vno prandio po- nitur. Vi- do Gazo- phylacium Christi, p. 3. c. 53.